UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

IOAN. PETRI || MAFFEII,|| BERGOMATIS,|| E SOCIETATE || IESV,|| HISTORIARVM || INDICARVM || LIBRI XVI.|| SELECTARVM, ITEM, EX || INDIA EPISTOLARVM || LIBRI IV.||

Maffei, Giovanni Pietro

Coloniae Agrippinae, Anno M.D.XC.

VD16 M 105

Ioannes Petrvs Maffeivs E Societate Iesv, Christiano Lectori S.

urn:nbn:de:hbz:466:1-64627

Visual Library

IOANNES PETRVS MAFFEIVS

E SOCIETATE IESV,

Chriſtiano Lectori S.

QVAE de Catholicæ religionis progreſſu litteræ fermè quotannis ex India perferuntur; eas (quod facilè animaduerti) optimus quiſque auidiſſimè lectitare conſueuit. Nec ſanè immeritò. Quid enim ad honeſtam vitæ oblectationem accommodatius, quàm corpore domi ſedentem, cogitatione ac mente peregrinari; tranſmeare Caucaſum, Oceanumq́ue; nouas identidem formas rerum, & (vt inquit ille) mores hominum multorum cernere, & vrbes? Quid porro, vel ad animi fructum vberius, vel ad virtutis æmulationem efficacius, quàm Euangelij face diſpulſis errorum atque opinionum tenebris, veritatis lucem longè lateq́ue fuſam intueri; & in diuerſo, vel aduerſo potius terrarum orbe veluti renaſcentis Eccleſiæ ſancita miraculis, teſtata martyrijs, diſtincta perſonis notata locis temporibuſq́ue primordia recognoſcere? Quæ mecum ego cùm reputarem; & ſuperioribus annis feci libenter, vti non exiguam earum litterarum partem in Latinum è Luſitanico ſermone conuerterem; & nunc eaſ-

dem ſub Indicarum Hiſtoriarum opus intention[illegible]
ctu preſſas ac repurgatas, & nonnullis inſuper [illegible]
epiſtolis, denuò in publicum edendas exiſtima[illegible]
recentiores ſuperſunt aliæ, quas mihi ſi per [illegible]
tiones ac valetudinem licitum fuerit, latina[illegible]
cere pro mea tenuitate propoſitum eſt. Tu inte-
rim (amice Lector) fruere præſentibus; ac
noſtros qualeſcunque conatus piis a-
pud omnipotentem DEVM
precibus adiuuabis.
Vale.